

Universitäts- und  
Landesbibliothek Düsseldorf

*Ex libris Dr. Schmann.*

*3*

Dv 3151 a

F

SERIES  
FORMULARUM MEDICARUM,  
SECUNDUM  
INDICATIONES THERAPEVTICAS  
DISPOSITORUM.


EDIDIT  
D. GUIL. GODOFREDUS DE PLOUCQUET,  
PROFESSOR MEDICINAE TUBINGENSIS.  
O. C. W. EQUES.

---

TUBINGAE,  
A.RUD JACOBUM FRIDERICUM HEERBANDT.

1811.





---

## P R A E F A T I O.

Medicum clinicum in administratione et applicatione medicamentorum ita versatum esse oportet, ut modo sic, modo aliter, modo per hoc, modo per aliud medicamentum, jam per hanc, jam per aliam formulam promtum auxilium prae-stare queat. Etenim haud raro accidit, ut indicationes optime formatae, indica-ta probe selecta propter improvisa im-pedimenta aut plane non, aut non ita, uti mente ista conceperat, applicare pos-sit, quin ut nonnunquam formulam jam exaratam reformare, vel et aliam sub-stituere debeat.

Quippe aegrorum vel adstantium morositas, praeconcepta opinio, repug-

nantia, idiosyncrasia, aetas, vel morbi ipsius indoles, mora temporis, quam formulae aliquae poscunt, interdum curta pharmacopolii suppellex, quin haud raro paupertas aegri usum hujus illiusve medicamenti, hujus illiusve formulae interdicunt.

Itaque Medicus non modo universam penum materiae medicae, sed et formas externas, quarum singula medicamenta capacia sunt, ita promptas ac praesentes habere debet, ut prohibito hoc illove medicamento, hac illave forma, ex tempore aliam, circumstantiis accommodatam proponere queat, qua indicationibus suis satisfaciat, scopos propositos assequatur.

Lubenter quidem damus, substituta medicamentorum sensu strictissimo locum non habere, verum quivis expertus Practicus novit, non per unam modo portam Corinthum adiri, et morbum aliquem, cui tollendo determinatum me-

dicamentum apprime quidem convenisset, tamen etiam per aliud medicamentum, quin per aliam methodum, nedum per aliam formulam probe debellari posse.

Hos in fines series et specimina formularum medicarum hic proponuntur, non secundum eum ordinem, qui in sic dictis formularibus observatur, sed secundum indicationes dispositarum, ut scilicet diversae modificationes formarum, nec non ipse diversorum medicamentorum selectus, cuius classis aliqua, si quidem ad principalem ejus effectum respicias, uno conspectu patenter, quorsum itaque non modo ingerendorum atque deglutiendorum variae formae, sed et applicationes per alias vias pertinent.

Formulis medicamentorum generalioribus indicationibus inservientium aspersae sunt nonnullae, contra speciales quosdam morbos directae.

Nomina medicamentorum trivialia se-

cundum Dispensatorium Würtembergicum recepta sunt, cum illa quivis facile mutare, et suaē Pharmacopoeae gentiliiae accommodare possit, nec desunt rationes, hunc modum suadentes: Nomina trivialia plerumque breviora sunt. — Pharmacopoei et Provisores seniores novae nomenclaturae hactenus minus assueti, circa eam facilius errabunt, et non nunquam quid pro quo dispensare possunt, et quod magis, in plerisque pharmacopoliis vasa, thecae, arculae et foruli nominibus trivialibus antiquis adhuc insignita et picta sunt, id quod praeterea tironi servienti, cui, absente fortassis magistro formula secundum novam nomenclaturam concepta tradetur, amplam errandi occasionem praebebit. Doctiores et medici et pharmacopoei nomina trivialia sine dubio noscunt, ut sic errori locus non pateat.

Doses in hiscē formulis sunt, quales adultis convenient, mediocres. Cum

autem illae secundum casus speciales modo augendae, modo minuendae, modo frequentius, modo rarius exhibendae sint, signaturarum atque dosium mutatio cuivis clinico linquenda est: Nec minus secundum dispositiones gentilitias doses medicamentorum, maxime evacuantium omnino mutandae sunt, quicquid Zimmermann (von der Erfahrung in der Arzneykunst. I. p. 71. ss.) contra hanc climatum differentiam rideat. — Non semel ipse in Belgio stupens vidi, doses purgantium ibidem tolerari, quae nostratum duos tresve adultos interimerere potuissent. Quin nostris in terris in distantia paucorum milliarium doses v. c. emeticorum fere duplæ feruntur, id quod differentiae totius vitae generis potius, quam climatis tribuendum erit. Circa signaturas notamus, eas sic conceptas esse, quales in consueta traductione germanica audiunt, ita, ut quamvis nec cochlear nec cuspis cultri devore.

tur, tamen brevitatis ergo posita sint e. c.  
tres cuspides cultri, cochlearia duo etc.  
scilicet ingerat, sumat, vel ingerantur,  
sumantur. Cum salutare illud III. Hu-  
felandi monitum, ut vasa mensuras ex-  
actas, praecipue fluidorum designantia  
abs quavis familia comparentur, nondum  
ubique observatum sit, cochleare majus  
tertiam unciae partem continere suppo-  
nimus, cochleare autem minus drachmam.

SECTIO I.

MEDICAMENTA, GENERALIBUS INTENTIONIBUS DICATA.

*Evacuantia.*

- D) Formulae Emeticorum.
- i) Pulveres Emetici.
- a) Recipe Tartari emeticī grana duo,  
vel tria.  
Sacchari grana duodecim.  
M. F. P. D. S. pro una dosi.
- b) Rec. Radicis ipecacoanhae grana quindecim.  
Salis ammoniaci grana quinque.  
M. D. S. pro una dosi.
- c) Rec. Tartari emeticī granum unum.  
Amyli scrupulum unum.  
M. F. P. D. S. pro una dosi.  
Hufeland Journal der pract. Heilkunde  
V B. p. 460.
- d) Rec. Scillae siccatae grana sex—octo.  
Cremoris tartari scrupulum unum.  
M. F. P. D. S. pro una dosi.

A

e) Rec. Radicis ellebori albi grana duodecim → octodecim.

D. S. pro una dosi.

Horns Archiv 1810. May. p. 163.

f) Rec. Tartari emeticī granum unum.

Rad. ipecacoanhae grana duodecim.

M. F. P. D. S. pro una dosi.

2) Solutiones emeticorum.

Rec. Tartari emeticī grana tria,

Sacchari grana decem.

M. solv. in aquae destillatae uncia una D. S.  
Sumat partem dimidiam, vel duas tertias,  
et reliquum, si quidem vomitus post horam  
vel duas tertias horae non succedit.

3) Linctus emeticus.

Rec. Oxym. scillitici drachmas tres — unciam semis.

D. S. pro una dosi. Not. pro infante 1—2 annorum.

4) Infusa emetica.

a) Rec. Radic. ipecacoanhae scrupulos duos — drachmam.

Infunde cum aquae ferventis unciiis duabus — digere aliquantum, colla.

D. S. pro una dosi.

- duo-
- 63.
- im.
- ecim.
- D. S.
- rtias,
- t ho-
- ucce-
- un-
- 1—2
- pulos
- neiis
- cola.
- b) Rec. Vini antimon. Huxhami drachmas sex — unciam.  
D. S. pro una dosi.  
Huxham Opp. III. p. 129. (infida operatio)
- 5) Decocum emeticum.  
Rec. Radicis ellebori albi drachmas duas — tres.  
Coque paullum cum aquae fontanae unciis quinque — sex. colla.  
D. S. omni quadrante horae cochlear, do-  
nec operetur.
- Horn Archlv. 1810. May. pag. 163.
- 6) Succi expressi emeticici.
- a) Rec. Herbae digitalis purpureae q. satis.  
Exprim. succus: Cochlear unum pro  
dosi.
- Kühn in Richter chirurg. Bibliothek.  
IV B. p. 591.
- b) Rec. Turionum sambuci q. s.  
Exprim. succus. D. S. uncia semis —  
drachmae sex pro dosi.
- 7) Epithema emeticum.  
Rec. Herbae nicotianae unciam.  
Humectetur aquâ, et imponatur epigastrio.
- 8) Chirurgia infusoria.  
Rec. Tartari emeticici grana sex,  
Solve in aquae uncia semis: Injiciatur  
in venam.

A 2

Koehler in Schmucker ver. Schriften  
I B. p. 378.

II) Formulae nauseosorum.

Emetica, dosibus refractis, repetitis exhibita, hanc indicationem replent.

Eo pariter faciunt: Ideae nauseosae, aqua tepida copiosa, olea, infusa chamomillae, sinapis, quae omnia in sensilioribus ipsum vomitum ciere valent.

III) Formulae Anti-Emeticorum.

a) Rec. Salis tartari fixi scrupulum unum immittatur succi limonum recenter expressi — drachmis tribus — quartuor. capiatur sub effervescentia.  
Pulvis aërophorus.

b) Rec. Sodaee crystallisatae drachmas duas.

Crystall. tartari drachmas sex.

Sacchari unciam semis.

M. D. S. cochlear minus — duo cum aqua assumenda.

Vogler Pharmac. sel. p. 121.

c) Rec. Opii puri granum unum.

Sacchari scrupulum unum.

M. D. in III plo. S. repeatantur doses usque ad effectum desideratum.

- d) Rec. Aquae cinnam. vinosae uncias tres.  
 Laud. liquid. Sydenhami.  
 (vel Tincturae thebaicae.) scrupulum  
 unum.  
 Syrup. diacodii.  
 (vel de althaea) unciam unam.  
 M. D. S. saepius cochlear unum praebendum.
- e) Rec. Vini Campanensis aliquot cochlea-  
 mia — saepius.
- f) Rec. Panem saccharatum aromaticum  
 aptae figurae et magnitudinis. Irrora  
 cum spirituoso aliquo, vel vino nobis-  
 li — impone epigastrio.
- g) Rec. Emplastr. de crusta panis q. s. vel  
 de Tacamahaca, induce alutae —  
 F. scutum stomachale.
- IV) Formulae evacuantium per alvum.
- i) Eccoprotica: Lenientia.
- a) Solutio leniens.  
 Rec. Pulpae tamarind.  
 Aquae menth. cr. ana unciam unam.  
 D. S. pro dosi.  
 b) Pulvis leniens.
- ii) Rec. Crem. tartari drachmas sex.  
 Sacchari drachmas duas.  
 M. D. S. tres, quatuorve cuspides cul-  
 tri pro dosi.
- j) Rec. Salis polychrest. S. vel alias sa-

lis medii drachmas tres — quatuor.

D. S. in aqua solutae pro dosi.

c) Olea.

Rec. Olei recentis amygdalarum, vel olivarum, vel alius — unciam unam — unam semis.

D. S. pro dosi.

d) Clyisma eccoproticum.

Aquae tepidae libra<sup>m</sup> dimidiam,

Olei, vel axungiae unciam,

Salis culinaris vel Glauberi drachmas duas — tres.

M. D. S. pro clysmate.

e) Unguenta.

Rec. Axungiae porcinae q. s.

D. S. illinatur abdomen infantis,

f) Pessus eccoproticus.

Rec. mellis — farinae q. s. vel saponis q. s.

2) Laxantia, alvum pluries moventia.

a) Rec. Rhei elect. scrupulos duos,

Cremoris tartari scrupulum unum,

Macis grana duo.

M. F. P. D. S. pro dosi.

b) Rec. Rad. Jalappae drachmam semis,

vel scrupulos duos.

Olei destill. anisi. guttas tres.

M. F. P. D. S. pro dosi.

- c) Rec. Rad. Jalappae scrupulum unum.  
 Mercurii dulcis grana sex.  
 Olei carvi destillati guttam unam.  
 M.D.S. pro dosi.
- d) Per epicrasin laxans:  
 Rec. Rhei elect.  
 Tartari vitriolati ana scrupulum  
 unum.  
 Cinnam. grana quatuor.  
 M. F. ejusmodi pulveres sex. D. S.  
 mane et vesperi unus assumen-  
 dus.
- e) Bolum laxans.  
 Rec. Rhei elect. scrupulum unum.  
 Mercurii dulcis grana quinque.  
 Syrup. domestici q. s.  
 M. F. Bolum. D.S. pro dosi.
- f) Electuarium laxans; antiphlogisticum.  
 Rec. Pulpae tamarindorum uncias duas.  
 Cremor. tartari unciam semis.  
 Rhei elect. drachmam unam.  
 M.D.S. omnitri — quadrihorio coch-  
 lear dimidium, donec operetur.
- g) Eclegma laxans pro infante neonato.  
 Rec. Syrupi mannae laxat.  
 vel: Syrupi é cichoreo cum rheo un-  
 ciam unam.

Aquae menthae piper. drachmam unam.  
M. D. S. ter quaterve per nycthemeron  
cochlear minutum.

b) Pilulae purgantes :

a) Rec. Aloës socotorin. scrupulum di-  
midium.

F. pil. nro. tres. S. pro dosi.

b) Rec. Mass. pilul. polychrest. Stahlii  
drachmam unam.

F. pilulae gran. duorum. D. S. ma-  
ne/decem capienda — (per tri-  
duum)

c) Rec. Mass. pilul. mercurial. offic.  
grana XV — XX.

F. pil. nro VII. D. S. pro dosi.

d) Rec. Pulveris rhei scrupulum unum.  
Extracti rhei scrupulum dimidium.

M. F. pil. nro X. D. S. pro dosi.

i) Solutiones laxantes.

Rec. Salis mirabilis Glauberi — vel:

Salis Sedlicensis — vel

Salis Ebshamensis unciam unam.

D. S. solvatur in aquae libra dimi-  
dia, vel integra pro dosi.

k) Infusa laxantia.

a) Rec. Florum acaciae rec. drachmas  
duas vel quatuor.

Sem. anisi drachmam unam.

M. Infund. c. aquae ferventis unciis tribus — quatuor.

col. D. S. pro dosi — (infantibus).

8) Aquae laxat. Vienn. uncias tres.  
Spiritu; salis ammon. anisat. guttas  
XV-XX.

M. D. S. pro dosi.

2) Vinum medicatum purgans.

Rec. Rhei elect. unciam semis.

Fibrar, hellebōri nigri drachmas duas.

Salis. tartari drachmam unam.

### **Flaved. corticum aurant.**

Sem. anisi ana drachmas tres.

M. infunde vini Nicrini, & alius  
haud nimis generosi — frigidī li-  
bras quatuor: stent in digestio-  
ne unum, duove nycthemera, do-  
sis unciarum sex.

I) Decoction axans.

Convenit cum infusis.

m) Mixturae laxantes.

g) Simul antacida.

Rec. Tincturae rhei unciam unam.

*Salis tartari fixi drachman dimidiam.*

Aquae menth. crisp. uncias quatuor.

Syrup, mane, laxat, unciam unam.

M. D. S. successive danda.

- g) Rec. Salis mirabilis Glauberi unciam dimidiā.  
 Pulpae tamarindorum recentis.  
 Mannaē depuratae ana unciam unam.  
 Aquae chamom. anisat, uncias duas.  
 — fontanae uncias quinque.  
 Syrup. cichor. c. rheo unciam.  
 M. D. S. pro duobus diebus.
- h) Emulsio laxans.  
 Rec. Seminis carthami drachmas qua-  
 tuor — sex.  
 F. c. aqua fontana emulsio uncia-  
 rum duarum vel trium. D. S. pro  
 dosi.
- i) Clyisma laxans.
- “) Rec. Foliorum Sennae drachmas tres.  
 Coque cum aquae fontanae libra  
 dimidia.  
 Colaturaē adde : Salis Glauberi  
 drachmas tres. D.
- l) Rec. Specierum de hiera picra un-  
 ciā semis.  
 Saponis drachmas sex.  
 M. coque col. D.
- p) Unguentum laxans.
- “) Rec. Unguenti de arthanita unciam  
 semis.  
 D. S. abdomini illinendum.

a) Rec. pulveris Jalapp. drachmam unam.  
Salivae q. s. adde axung. porci-  
nae q. s.

F. ung. ad abdomen.  
Albert in Memoires de la Société  
d'Emulation T. I. p. 182.

3) Drasticotera purgantia.

a) Pulvis purgans:

a) Rec. Resinae Jalappae grana sex—  
decem.

Tere cum pineis q. s. adde:  
Elaeosacch. foenic. scrupulum.  
M. D. S. pro dosi.

b) Rec. Diagrydii sulphurati.

Mercurii dulcis ana grana sex—  
octo.

M. D. S. pro dosi.

b) Bolus purgans.

Ex pulvere uno alterove priorum F. cum  
melle vel syrupo aliquo bolus.

c) Pilulae drasticæ.

Rec. Gummi guttae.

Resinae Jalappae ana grana sex—  
octo.

M. F. cum pauxillo terebinthinae pi-  
lulae septem.

D. pro dosi.

d) Mixtura contracta purgans.

Rec. Resinae Jalappae grana octo — duodecim solv. in spiritus vini unia dimidia.

D. pro dosi.

V) Formulae anthelminticorum.

i) Pulveres anthelmintici.

a) Rec. Sem. cynae scrupulum unum.

Rad. Jalapp.

Tartari vitriolati ana grana duodecim — quindecim.

Olei dest. tanaceti guttas duas.

M. F. P. D. in Viplo. S. mane et vesperi dosis una.

b) Rec. Radic. valerianae silv. scrupulum unum.

Vitrioli martis factitii grana duo.

Rad. Jalapp. grana quindecim — viginti

Olei destill. anisi guttas tres.

M. F. P. D. in Viplo. S. mane et vesperi una dosis.

y) Ad Taeniam:

Rec. Stanpi limati drachmam dimidiā,

Rhei elect. grana quinque.

M. D. in XII cuplo. S. ter per diem dosis una.

1) Rec. Rad. Filicis maris drachmas duas.

D. in VI plo. S. omni bihorio dosis  
una — ultimae superibendo

Salis Sedlicensis unciam in aquae  
s. q. solutam. Eyerel Syllog.  
observ. III. p. 71.

2) Bolus anthelminticus.

Rec. Aloës elect.

Gummi guttae ana grana quinque.

Rad. valer. s. grana duodecim.

Olei dest. tanaceti guttas quatuor.

Syr. flor. persic. q. s.

M. F. bolus D. in III plo. S. quotidie unum.

3) Electuarium anthelminticum.

“) Rec. Salis polychrest. Glaseri.

Pulver. Jalappae.

Valer. silv. ana drachmam unam.

Oxym. scillit. uncias quatuor.

M. D. S. unciam dimidiam quater  
de die. (Stoerckii)

“) Rec. Seminis cynae.

Rad. valerian. silv. ana unciam semis,

Extract. absynthii.

Arcan. duplicati.

Rhei electi ana drachmas duas.

Syrupi flor. persic. q. s.

M. F. elect. mediae consist. D. S. ter  
per diem cochlear dimidium.

## 4) Pilulae anthelminticae.

Rec. Asae foetidae unciam semis.

Extracti absynthii,

Aloës electae ana drachmas duas.

Vitrioli martis factitii drachmam semis.

M. F. pilulae granorum duorum. D. S.

ter — quater per diem sumantur

tres quatuorve, secundum effectum

purgantem.

## 5) Trochisci anthelmintici.

a) Rec. Trochisc. anthelmint. offic. unum  
vel duo.

D. S. pro dosi.

b) Rec. Mercurii dulcis drachmas duas.

Magnes calcin.

Pulver. Jalapp. ana drachmam unam.

M. F. cum mucilagine tragacanthae  
trochisisci numero LXXX.

D. S. tres quatuorve pro dosi.

## 6) Morsuli anthelmintici.

Rec. Morsul. anthelmint. officin. unciam  
unam.

D. S. ad dies duos tresve.

## 7) Decoctum anthelminticum.

Rec. Mercurii vivi depur. uncias sex - duodec.

Coque in sartagine ferrea cum aquae

libris quatuor, quae subinde reno-  
vanda, per horam unam duasve.

8) M

Re

9) C

Re

10)

F

11)

R

12)

I

## 8) Mixtura anthelmintica.

Rec. Sem. cynae,

Rad. valer. ana unciam semis.

M. coq. paulisper cum aquae fontanae  
uncis sex, in vase clauso. colat.

adde :

Aquae laxat. Vienn.

menth. pip. ana uncias duas.

Syrup. flor. persicorum unciam  
unam.

M. D. S. ter per diem cochlearia duo,  
vel tria.

## 9) Clyisma anthelminticum.

Rec. Summit. absynthii, vel

Herbae tanaceti unciam unam.

Coque cum aquae fontan. s. q. D.

## 10) Emplastrum anthelminticum.

Rec. Pulpae colocynthidis.

Aloës hepat. ana unciam semis

Olei et cerae q. s.

M. F. emplastr. D. S. abdomini im-  
ponendum.

## 11) Unguentum anthelminticum.

Rec. Emplastri anthelmint. unciam.

Olei cocti absynthii q. s. D. S. bis de  
die inungenda portio.

## VI) Formulae carminativorum.

## 1) Pulvis carminativus.

Rec. Seminis anisi unciam unam.

Elaeosacch. menthae piper.

Tartari vitriolati ana unciam semis.

M. F. P. D. S. omni bi — trihorio aliquot cuspides cultri.

2) Electuarium carminativum — simul pectinum.

Rec. Specierum Imperatoris sive aromat. unciam unam.

Syrup. cort. aurant. q. s.

M. F. elect. magnitudine nucis ter quaterve per diem.

3) Rotulae carminativae.

Rec. Rotularum menthae piperitae q. v.

D. S. perfunctorie iis utendum.

4) Morsuli carminativi.

Rec. Morsulorum Imperatoris q. v.

D. S. ad libitum.

5) Infusum carminativum.

a) Rec. Herbae menth. piper. unciam unam.

D. S. circa drachmam — duas infundi cum aquae libra.

b) Rec. Seminis cumini.

Anisi ana unciam unam.

D. S. cochlear ad aquae libram.

## 6) Mixtura carminativa.

Rec. Aquae menth. piper. uncias sex.

Laud. liq. Sydenh. guttas quindecim.

Tincturae rhei.

Syrup. cort. aurant. ana unciam semis.

M. D. S. omni hora vel bihorio cochlaria duo vel tria.

## 7) Mixturae concentratae.

a) Rec. Essent. carminat. Wedelii unciam semis.

D. S. guttae L—LX— omni hora,  
vel bihorio.

b) Rec. Spiritus salis ammoniaci anis. q. v.

D. S. omni hora vel bihorio guttae viginti in vehiculo.

c) Aquae zedoariae anisatae unciam. —

D. S. coquere minus omni bi—trihorio.

## 8) Clyisma carminativum.

a) Rec. Seminis anethi.

Herbae menth. piper. ana unciam semis.

M. D. S. pro clysmate cum aqua parando.

b) Rec. Specier. carminativ. unciam.

D. S. ad clyisma librae dimidiae — unius.

9) Epithema carminat. humidum.

Rec. Herbae menthae pip. uncias duas.

Sem. cumini unciam unam.

M. Infund. cum vini calidi q. s. impli-  
cetur linteis et applicetur abdomini.

10) Epithema carmin. siccum.

Rec. Herbae menthae pip.

crispae ana unciam.

M. includatur sacculo. D.

11) Unguentum carminativum.

Rec. Olei olivarum — vel Butyri recentis  
unciam semis.

Olei destill. carvi drachmam unam.

M. D. S. Abdomini illinendum.

VII) Formulae medicamentorum

digestivorum.

Cfr. Carminativa.

x) Pulvis.

$\alpha$ ) Rec. Tartari vitriolati grana sedecim.

Magnes. calcinatae.

Rad. zingib. ana grana octo.

M. F. P. D. in VI plo. S. mane et  
vesperi unum.

$\beta$ ) Rec. Sem. sinapeos scrupulum unum  
— duos.

D. S. pro dosi — quod et in em-  
bammate dari potest, vel in  
sero lactis.

2) M

Re

1) P

$\alpha$ )

$\beta$ )

2)

## 2) Mixtura.

Rec. Sodaee crystallis. drachmam unam.  
 Salis digestivi Sylvii drachmas duas.  
 Aquae chamomillae anisatae uncias  
 quatuor.  
 Syrup. cortic. aurant. unciam unam.  
 M. D. S. omni bi — trihorio cochlear  
 unum — duo.

## VIII) Formulae diureticorum.

## 1) Pulveres.

- a) Rec. Sodaee crystallis. drachmam semis,  
 D. in VI plo. S. omni tri — quadri-  
 horio unum.  
 b) Rec. Scillae siccatae scrupulum unum.  
 Nitri puri drachmam semis.  
 Rad. vincetoxici grana quindecim.  
 Opii puri grana duo,  
 M. F. P. Dividatur in V doses ae-  
 quales. S. tres — quatuorve  
 per diem.  
 c) Rec. Pulveris foliorum digitalis pur-  
 pureae — vel et ferrugineae gra-  
 na duo — tria.  
 Sacchari grana octo.  
 Macis grana duo.  
 M. F. P. I, in VIII plo. S. duo tresve  
 per diem.

Rec. Milleped. siccatorum.

Salis polychr. Seign. ana drachmam  
semis.

M. D. in VIII plo. S. duo — tresve  
per diem.

2) Bolus diureticus.

Rec. Terebinth. purae drachmas duas.

Pulv. liquirit. q. s.

F. boli quatuor D. S. mane et vesperi  
unum.

3) Electuarium diureticum.

Rec. Rob ebuli unciam unam semis.

Cremor. tartari.

Oxym. scillit. ana unciam unam.

M. D. S. mane et vesperi cochlear  
unum — duo in libra dimidia aquae  
ferventis solvenda et assumenda.

4) Pilulae diuretiae.

Rec. Massae pilular. scillitic. pharmac.  
Edinb. drachmas tres.

F. pilul. granorum trium. D. S. quo-  
tidie bis quinque devorandae.

5) Infusa diuretica.

6) Rec. Folior. digit purpur. drachmam  
unam — tres.

Infund. cum aquae ferventis un-  
cii octo. Stent in digestione  
per horas duas, col. adde:

Aqua cinnamomi spirituosa unciam  
unam. D. S. omnibus tribus —  
sex horis cochlearia duo, do-  
nec nausea vel urinae movean-  
tur. Withering.

5) Rec. Stipitum dulcamarae unciam se-  
mis — unam.

Rad. liquirit. drachmas duas.

M. D. S. Infund. cum aquae fonta-  
nae libra stent aliquamdiu  
in digestione — et consum.  
per diem.

6) Decocta diuretica.

z) Rec. Rad. graminis.

Caricis arenar.

Saponariae ana unciam.

Liquirit. unciam semis.

Sem. apii.

Foenic. ana drachmas tres.

Salis tartari fixi drachmas duas.

I. C. M. D. S. Ad aquae mensurae  
tres: Quotidie libra una — duae  
bibendae.

6) Rec. Stipit. dulcamarae unciam.

Coque cum aquae fontanae uncii  
XXIV. ad reman. unciar. XVI.  
col. D. S. per diem consumatur.

## 7) Mixturae diureticae.

- α) Rec. Acid. tartari ess. drachmam.  
 Aquae fontanae uncias octo.  
 Oxym. Scyllitici uncias duas.  
 M. D. S. omni bi — trihorio cochlearia aliquot.

- β) Rec. Olei terebinthinae drachmam.  
 Sacchari q. s. F. elaeosaccharum.  
 Solve in aquae fontanae uncias decem. D. S. omni bi — trihorio cochlearia aliquot.

## 8) Mixturae concentratae diureticae — guttae.

- α) Rec. Tinctoriae antimon. tartarisatae unciam dimidiam.  
 D. S. Guttae quinquaginta — sexaginta in vehiculo aquo.  
 β) Rec. Tinctoriae cantharidum unciam semis.  
 D. S. Guttae XV — XX. in vehiculo aquo.

## 9) Succus expressi diureticī.

- α) Rec. Millepedum vivorum L — LX.  
 Contunde in mortario, affande paulum juris bovinī exprime. D. S. duobus haustibus assumendi.  
 β) Rec. Succi stillatij ex bētula vulnerata libram unam — duas.  
 Quotidie per duas hedomades.

## 10) Julapium diureticum.

Rec. Succi expressi limonum uncias duas.

Vini Rhenani, vel Mosellani, vel et  
Nicrini recentioris libram dimi-  
diam.

Aquaes libram unam.

Sacchari unciam unam — semis.

M. D.

## 11) Impluvium, Epichysis, Aspersio.

Rec. Aquaes frigidae q. s. applica per appa-  
ratum aptum.

## 12) Balneum vaporosum.

Rec. Aquaes calidae q. s. vaporess ad geni-  
talia dirigantur.

## 13) Unguentum diureticum.

Rec. Olei terebinthinae q. s.

Inungatur regioni lumbari.

Lentin.

## IX) Diaphoretica et Sudorifera.

## 1) Pulveres:

a) Rec. Camphorae grana quatuor — sex.

Nitri puri grana octo.

Sacchari scrupulum semis.

M. probe subigendo. D. S. pro dosi.

b) Rec. Antimon. diaphoretici non abluti  
grana octo.

Salis volatilis ex ammoniaco parati.

(vel *Salis volatilis cornu cervi*) gra-  
na duodecim.

M. D. S. pro dosi.

v) Rec. Pulveris Doveri grana duodecim  
— viginti.

D S. pro dosi.

§) Rec. Barytis muriati grana octo.

Opii puri grana duo.

Trag. arom. offic. scrupulum unum.

M. F. P. Divid. in III partes aequa

D. S. unum pro dosi.

§) Rec. Sulphuris aurati antimonij.

**Camphorae ana grana tria.**

Sacchari scrupulum unum.

M. D. S. pro dosi.

## 2) Solutions:

### **Acetum camphoratum:**

Rec. Camphorae drachmam unam.

Teratur in mortario vitro cum alcoho-  
lis guttis XX - XXX.

Sacchari unciam semis. tritis adde:

Aceti optimi uncias decem. serva.

Dosis : uncia semis.

### 3) Infusa.

Rec. Herbae menthae piper. (vel alias cu-  
m.)

Juscunque fragrantis) unciam semis.

*Inf. cum aquae ferv. libra. D. ad usum.*

## 4) Mixturae concentratae — guttae.

Rec. Essent. alexipharm. Stahlii. —

vel: Mixturae simplicis. —

vel: Spiritus Cornu cervi succin. —

vel: Spiritus theriacalis camphorati. —

vel alius fere cujuscunque tincturae —  
essentiae — spirituosae pro dosi  
guttas XL — LX — LXXX.

## 5) Balnea diaphoretica.

Omnia calida, maxime sulphurea, vinosa.

nec non:

Vaporosa. nec non sic dicta.

Balnea sicca: quorsum.

Mora, coopertio per varia media, quae  
pro re nata, calorem fovent, ser-  
vant, ut:

Clinochosis — opertio in lecto.

Carphochosis — per paleas.

Chortochosis — per foenum.

Pityrochosis — per furfar.

Sitochosis — per acervum tritici.

Coniochosis — per pulverem qua-  
lemcunque.

Spodochosis — per cineres.

Halochosis — per salem.

Ammochosis — per arenam.

Phloechosis — per corticem: v.  
quercus, Lohbad.

Chloochosis opertio per herbas, gramen,  
Iupulum, conium,  
nicotianam.

Bombacochosis — per gossypium.

Coprochosis — per fimum.

Staphylochosis — per exuvies uvarum.  
Tresterbad.

Porro huc pertinent:

Lithochosis (incompleta) cum lapides,  
lateres calefacti cor-  
pori approximantur.

Artochosis — — cum panes calidi  
prope corpus ponuntur.

Nec non: Hypocaustum.

Insolatio et quodammodo:

Paroptesis — approximatio carbo-  
num, ignis,

Afflatio per os, per flabrum trans  
flammam.

6) Epithemata ex herbis aromaticis, sacculis  
inclusis.

7) Emplastra et unguenta minus hoc faciunt,  
licet émplastrum diaphoreticum hoc no-  
mine insignitum sit.

X) Exanthematibus provocandis apta.

1) Diaphoretica omnia.

2) Cuti in specie applicanda.

Rubefacientia, vesicantia, ulcerantia omnia, suo loco et modo.

Contagii admotio per vestes etc.

### XI) Salivantia.

#### 1) Pulvis.

Rec. Mercurii dulc. drachmam unam.

Conchar. praeparat.

Liquirit. ana drachmas duas.

M. F. P. Divid. in XX doses aequales. S. quotidie duo — tresve praebendi.

#### 2) Pilulae.

Rec. Mercurii dulcis.

Extr. gentian. rubr. ana drachmam unam.

M. F. pilulae granorum duorum S. quotidie sex — octo.

#### 3) Unguentum.

Rec. Ungu. neapolit. recentis uncias duas.

Olei bergamotti drachmam unam.

M. D.

### XII) Apophlegmatizantia.

Muci, pituitae secretionem et excretionem promoventia, diversis in viis — sic dicta resolventia, expectorantia.

1) Puveres. Mucum cientes in et ex faucibus, pectore.

a) Rec. Salis ammoniaci drachmam unam.  
 Pulveris liquirit. drachmas tres.  
 M. D. S. Aliquot cultri cuspides fae-  
 pius sumantur.

b) Rec. Rad. ireos florent.

Sacchari ana drachmas duas.  
 Squillae praepar. scrupulum unum.  
 M. D. S. Quandoque unus vel duo  
 cultri cuspides ingerendi.

c) Rec. Sulphuris antimonii aurati grana  
 duo,

Elaeosacchari anisi scrupulum unum.  
 M. F. P. D. In XII cuplo. S. omni bi-  
 trihorio dosin.

d) Rec. Mercurii dulc. grana duo.

Magnes alb.

Sacchari ana scrupulum semis.

M. F. P. D. In VIII plo. S. sin-  
 gulis duabus — sex horis dosin.

e) Rec. Salis volat. Cornu Cervi grana octo.

Pulveris liquiritiae grana duodecim.  
 M. D. In VI plo. S. omni bi — tri-  
 horio unum.

2) Bolus expectorans.

Rec. Gummi ammoniaci depur. grana quin-  
 decim.

Extracti inulae scrupulum dimidium.

3)

4)

5

- Pulv. liquirit.  
 Oxym. scillit. ana q. s.  
 M. F. Bolus D. in VIII plo. S. omni  
 trihoto unum.
- 3) Electuarium resolvens, expectorans.  
 Rec. Gummi ammon. depur. unciam unam.  
 Extract. card. bened. unciam semis.  
 Salis ammoniaci drachmas duas.  
 Syrup. de erysina Lobel. q. s.  
 M. F. elect. med. cons. D. S. ter qua-  
 terve per diem cochlear minus.
- 4) Linctus, Eclegmata.  
 a) Rec. Nitri depur. drachmam unam.  
 Oxym. scillit.  
 Syrup. capill. veneris ana unciam  
 unam semis.  
 M. D. S. saepius cochlear minus.
- b) Rec. Syrup. de althaea  
 diacod. ana unciam unam.  
 Pulv. liquirit. scrupulos duos.  
 M. D. S. saepius cochleare minus.
- 5) Pilulae resolventes.  
 Rec. Gummi ammon. depur. drachmas sex.  
 Sulphuris antimonii aur. scrupulos  
 duos.  
 Extracti inulae drachmas tres.  
 M. F. Pilulae granorum trium. D.

c. pulvere cinnamomi S. mane  
et vesperi decem — et ultra.

## 6) Trochisci.

Rec. Trochiscor. beccic.

Alborum, nigrorum,

Citrinorum quantum libet.

D. S. subinde iis utendum.

## 7) Solutiones.

Rec. Tartari solubilis unciam semis.

Aquae ceras. n. uncias quatuor.

Mellis unciam unam.

M. D. S. subinde cochlear minus vel  
majus.

## 8) Infusa.

$\alpha$ ) Rec. Specier. pectoral. uncias quatuor.

Sem. foenic. unciam semis.

M. D. S. pro infuso vel decocto pectorali.

$\beta$ ) Rec. Herbae hyssopi.

Card. bened.

Rad. inulae,

Liquir.

Sem. anis. ana unciam semis.

M. D. S. pro infuso pectorali ro-  
borante.

## 9) Mixturae expectorantes.

$\alpha$ ) Rec. Salis ammoniaci dep. drachmam  
unam.

Extracti iugae.

Cardui bened. ana drachmam unam semis.

Aquae hyssopi uncias octo.

Syr. e gummi ammon. unciam unam.

M. D. S. omnibhorio cochlearia duo  
vel tria.

β) Potiuncula Brunneri.

Rec. Gummi ammon. dep. unciam semis.

Solv. in aceti scillitici uncia una.

Aquae hyssopi uncias quinque.

Liquor. nitri fixi q. s. ad punctum  
saturationis.

Syrup. de erysim. Lob. drachmas  
sex.

M.D.S. omnibihorio duo cochlearia.

το) Mixtura concentrata.

Rec. Elix. pector. Reg. Daniae unciam.

D. S. quadraginta — sexaginta guttae  
pro dosi.

τι) Vaporationes.

α) Rec. Aetheris aceti q. s.

Vapor inhaletur.

β) Rec. Spiritus salis ammon. caust. un-  
ciam semis.

M. cum aqua calida unciis octo.

D. S. inhaletur vapor.

γ) Rec. Aceti aromatici unciam unam.

Aquaæ servidae uncias sex.  
M. D. S. inhaletur vapor.

### XIII) Resolventia alia.

#### 1) Pilulae.

Rec. Asae foetidae.

Extract. arnicæ.

Calamî aromat. ana unciam semis.  
M. F. pilulae gran. trium. D. S.  
Bis vel ter quotidie septem.

#### 2) Decocta sic dicta visceralia.

##### a) Rec. Rad. graminis.

Taraxaci ana libram unam semis.  
Coq. cum aquae s. q. per bihorium.  
Colaturaæ prelo expressæ libris tri-  
bus adde;

Oxymellis simpl. libram semis.  
Salis polychr. Seign. drachmas sex. D.S.  
Quovis bihorio unciam unam. de Haen

Rat. med. T. XI. p. 4.

##### b) Rec. Rad. cichorei.

Taraxaci.

Graminis.

Cort. Winteran.

Herbae copill. veneris ana unciam  
unam.

Sem. foeniculi.

Salis tart. fixi ana unciam semis.

i) P

α)

β)

Ap

Ac

Rec.

Re

Re

Re

Re

M. D. S. quarta pars cum libris sex  
aqua coquatur — pro biduo.

XIV) Ptarmica; Errhina.

i) Pulvis errhinus.

α) Rec. Pulv. sternutat. Nopsii q. s.

β) Rec. Turpeth. mineral. drachmam semis.  
Sacchari unciam semis.

M. D. S. quandoque dosin minutam  
naribus.

2) Vapores solventes.

Applicetur vapor ex aqua, Coffea, Thea;

3) Injectiones.

Aqua pluvialis; lac.

4) Unguentum ptarmicum.

Rec. Butyr. recentis unciam unam.

Pulveris majoranae drachmas duas.

M. D. S. naribus (infantum) illinendum.

XV) Masticatoria.

Rec. Rad. pyrethri drachmas duas.

Salis ammoniaci scrupulum unum.

M. D. S. parvae portiones ore tenendae.

Rec. Lapidis divini particulam.

Teneatur ore.

Rec. Salis ammoniaci.

Sacchari ana drachmas duas.

M. F. l. a. rotulae sex. D. S. sub ligua  
tenendae.

XV. b) Cerumen evacuans, solvens.

Rec. Injectiones ex aqua pluviali.

vel: ex aqua saponaria.

XVI) Emmenagoga — Pellentia.

1) Pulvis.

Rec. Extract. aloës gummosi.

Croci austr. ana grana quinque.

Opii granum unum.

M. F. P. D. in III plo. S. ante cubitum  
sumatur unus.

2) Pilulae.

Rec. Mass. pil. pol. Stahl. drachmam unam.

F. pilulae nro. XXX. D. S. Decem  
ante cubitum assumenda.

3) Infusa.

Rec. Herbae pulegii

menthae crisp. ana unciam unam.

Croci austr. drachmam semis.

M. D. S. drachma herbarum ad libram  
dimidiam aquae.

4) Mixtura.

Rec. Mass. pilul. pol. Stahl. drachmam unam.

Soly. in Aquae melissae unciis quatuor.

Syrup. croci drachmas sex.

M. D. S. bis terve de die cochlear  
unum — duo.

5) Mi

α)

β) Re

6) Cl

Rec

7) Ba

Rec

8) Pe

Rec

1) Pu

α) I

## 5) Mixtura concentrata.

a) Rec. Tincturae hellebori nigri unciam unam.

D. S. semel — bis de die cochleare minus.

Mead praec. p. 138.

b) Rec. Elix. aperitivi Clauderi unciam unam.

D. S. bis de die guttae sexaginta — septuaginta.

## 6) Clysma emmenagogum.

Rec. Herbae pulegii unciam unam.

Aloës gummosae grana duodecim.

M. inf. e. aquae q. s. col. D. S. pro clysmate.

## 7) Balneum emmenagogum.

Rec. Herbarum aromaticarum unam alteram adde balneo simplici.

## 8) Pessus irritans.

Rec. Myrrae.

Gummi galbani ana drachmam unam.

Aloës scrupulum unum.

M. F. cum lana pexa pessus uterinus D.

## XVII) Partum promoventia.

## 1) Pulveres.

a) Rec. Boracis depur. scrupulos duos.

Croci grana quatuor.

M. F. P. D. in III plo. S. omni hora unum.

C 2

## 1) Rec. Opii puri grana tria.

Trag. arom. offic. grana viginti unum.  
M. divid. in IV partes aeq. D. S. omni hora unum.

## 2) Infusa.

Rec. Herbae menthae pip. unciam unam.  
Croci austr. scrupulum unum.  
M. D. S. pro infuso.

## 3) Mixturae.

Rec. Boracis dep. drachmam unam.

Aqua cinnam. vinosae uncias quatuor.  
Laud. liquid. Sydenh. drachmam semis.  
Syr. croci unciam unam.  
M. D. S. omni semihora — hora cochlearum unum.

## 4) Mixtura concentrata.

Rec. Elixir aperit. Clauderi drachmas tres.  
T. R. opii drachmam unam.

M. D. S. ter — quaterve per diem  
guttae XX — XXX.

## XVII) Adstringentia.

Haec medicamenta parum differunt à roborantibus, et tantummodo usus eorum sive diutius continuatus, sive in frangenti modo requisitus, aut modo topicus, aut universalis eorum istos terminos rectificabit.

x) P

a)

b)

y)

z)

2) S

Re

3) I

Re

## x) Pulveres adstringentes.

a) Rec. Aluminis crudi grana sex — octo.

Sacchari scrupulum unum.

M. D. S. pro dosi.

b) Rec. Gummi Kino drachmam semis.

D. S. pro dosi.

y) Rec. Vitrioli martis factitii grana quinque — octo.

Sacchari scrupulum unum.

M. D. S. pro dosi.

d) Rec. Corticis Cascarill. unciam.

D. S. omni bi — trihorio tres cultricuspides.

e) Rec. Alum. crudi.

Gummi arabici.

Kino ana drachmas duas.

M. D. S. topice inspergendus pulvis.

## 2) Solutio adstringens.

Rec. Aluminis crudi drachmas duas —  
(quatuor pro usu topico).

Solv. in aquae fontanae unciis octo.

Sacchari unciam unam.

M. D. S. omni hora cochlear unum.

(pro indicatione)

## 3) Decoctum adstringens.

Rec. Corticum quercus recentiorum uncias  
duas.

unum.  
S. om-

unam.

atuor.  
semis.

coch-

tres.

diem

oran-

sive

genti

topi-

ermi-

Coq. cum aquae fontan. libra una ad  
reman. librae semis, D. pro usu  
topico.

4) Mixtura adstringens.

a) Rec. Extracti cascarillae drachmam  
unam semis.

Elix. acidi Halleri unciam semis.  
Aquaæ ceras. nigr. uncias septem.  
Syrupi granatorum unciam unam  
semis.

M. D. S. omni hora cochlear.

b) Rec. Alum. crudi scrupulos duos.

Tincturae cinnam. unciam unam.  
Aquaæ fontan. uncias septem.

Syrup. diacod. unciam unam.

M. D. S. omni hora — bihorio coch-  
learum unum — duo.

